

64 sub anaglypho, quo sacrificium Mithriacum repraesentatur. Prope Ostiam mare versus repperit Faghan hieme a. 1797/8 in introitu (*Mündung*) spelaei Mithriaci ZOEGA [*Sotterranee spaziose — un corridore lungo circa passi 20 largo circa 5* ZOEGA (ms.). *Das zu Ostia entdeckte Heiligthum des Mithras war einer natürlichen Grotte nachgemacht und an der Seite eines langen und schmalen Ganges gelegen* ID. (Abh.)]. Inde Romae in museo Vaticano, ubi extat (*Gall. lap. inter Ostiensia*).

SIG · IMDEPREHENSIVILIS · DEI · G · VALERIVS · HERACLES · SACERDOS · S · P · P
L · SEXTIVS · KARVS · ET

Descripsit Henzen, recognovi ipse. Exhibent Zoega ms. p. 649 et in opp. *Abhandlungen* editis a Welckero p. 146; Labus *Biblioteca italiana* a. 1 (1816) vol. 3 p. 54 cum tabula n. 3; Cardinali *dipl.* n. 66. Orelli 1912. 5000. Anaglyphum cum ipsa inscriptione delineatum est apud Zoegam *Abhandlungen* tab. V n. 15 et apud Lajard *introduction à l'étude du culte de Mithra* (1847) tab. 80 n. 2.

1 IMDEPREHENSIVILIS Zoega (ms.) qui saepius lapidem inspexit idque mihi quoque videbatur in lapide esse, IMDEPREHENSIVILIS tabula Zoegae, IMDEPRENSIVILIS Lajard. — 2 litteris minoribus scriptus; videtur postea esse additus, inserendus scilicet ante G·VALERIVS, id quod vidit iam Zoega; non recte Labus in fin. v. 2 nomen erasum esse contendit.

65 sub simulacro Mithrae, capite leonino, serpentibus cincto et varie ornato (cf. imagines infra citatas) in trunco. 'Effossa ad Ostiensem coloniam, nunc Tor di Bovacciano' VISCONTI (f. 146). Ostiae rep. intus in spelaeo eodem ex quo prodiit n. 64 a. 1797 ZOEGA (a. 1796 IDEM *bassirilievi* II p. 15 not. 5). Inde Romae in bibliotheca Vaticana ZOEGA ibique extat.

C · V A L E R I
VS · HERACLES · PAT
ET · C · VALERII
VITALIS · ET · NICO
5 sic MES · SACERDO
TES · S · P · C · P · S · R ·
D · D · I D I · AV G · I M P
C O M p. C. 190
VI · ET
10 SEPTI
MIANO
C O S

Descripsi. E. Q. Visconti ms. I f. 127 et f. 146'; Zoega *Abhandlungen* (in commentatione de simulacris Mithrae scripta a. 1798) p. 89 seqq. hoc simulacrum enarrat atque inscriptionem exhibet p. 197 (cf. *bassirilievi* II p. 15 not. 5 et p. 33); ipsum simulacrum cum inscriptione delineatum est ib. tab. V n. 16; Labus *Biblioteca italiana* a. 1 (1816)

tom. 2 p. 196 seq. cum tabula (inde Orelli 5001); Lajard *introduction à l'étude du culte de Mithra* (1847) tab. 70 dat imaginem.

6. 7 *s(ua) p(e)c(unia) p(o)s(ue)r(unt); d(e)d(icatum) idi(bus) Aug.* proposuit Mommsenus.

66 locum non adscripsit is qui hanc inscriptionem solus servavit, sed verba ad inscriptionem n. 65 in parte aversa eiusdem folii relata adscripta 'effossa ad Ostiensem coloniam, nunc Tor di Bovacciano' ad hanc quoque pertinere videntur. Ceterum antiquitus una cum n. 64 et 65 stetisse apparet.

C · VALERIVS HERACLES PATER ET ANTI
TES DEI · IVDENIS INCONRVPTI SOIS INVICTI MITHRAE
CRYPTAM PALATI CONCESSAM SIBI A M · AVRELIO

Legitur scripta manu ignota inter schedas E. Q. Viscontii I f. 146. Inde edidit restitutam De Rossi *bull. crist.* ser. 2 vol. 4 (1870) p. 156.

1 PATREIANI, 2 IVSENIS, SOIS, MITHRA, 3 ERYPTAM, CONCESSAN traditur; neque infra fractam esse indicatur. Proposui talem qualem restituit De Rossi, nisi quod hic in fine supplevit M. Aurelio [*Commodo Antonino Aug.*]. Immo est M. Aurelius privatus aliquis, fortasse Augusti libertus et procurator.

67 parva basis marmorea. Rep. Ostiae a. 1864 una cum n. 33, extat Romae in museo Lateranensi.

SEX · ANNIVS · MEROPS
HONORATVS DENDROPHORIS
OSTIENSIVM · SIGNVM · TERRAE MATRIS
D · D · DEDICAV XIII K MAI · L · CVSPIO RVFINO
5 L · STATIO · QVADRATO · COS p. C. 142

Descripsi. P. H. Visconti *Giornale di Roma* 17 Mai. 1864, inser. Ost. VI n. 162; acta ms.; Benndorf et Schoene in catalogo musei Lateranensis p. 399 n. 585; C. L. Visconti ann. inst. arch. 1868 p. 373.

4 DEDICAV potius lapis quam DEDICAT; cf. n. 33.

68 basis marmorea. Ostiae prope Turrim Bovaccianam repperit Faghan anno 1797 VISCONTI. Est Romae in museo Lateranensi.

VICTORIAE
AVGVSTOR

Descripserunt De Rossi et Michaelis. E. Q. Visconti ms. I f. 181'; Fea *viaggio ad Ostia* p. 49; Nibby *viaggio ne' contorni di Roma* 2 (1819) p. 296, *dissert. dell' accademia rom. d'arch.* 3 (1829) p. 341 = *analisi* 2, 468. Est vol. VI n. 789 errore inter urbanas.

69 columna parva marmorea. Rep. Ostiae una cum n. 53, est ibi in museo.

V I R T V T E M
D E N D R O P
EX · ARG · P · II ·
IVNIA · ZOSIME
5 M A T E R
· D · D ·

Descripsi. C. L. Visconti ms. et ann. inst. arch. 1868 p. 375; acta ms.

Virtutem dendrop(horis) ex arg(enti) p(ondo duobus) Iunia Zosime mater d(ono) d(edit). Cf. ad n. 33.

70 parvus cippus marmoreus. Rep. Ostiae una cum n. 53, est ibi in museo.

M · C E R E L L I O
HIERONYMO PATRI
ET · SACERDOTI · SVO
5 EOSQVE · ANTISTES · S · S
DEO · LIBENS · DICAVIT

Descripsi. C. L. Visconti ann. inst. arch. 1868 p. 374.

... *d(ono) d(edit) M. Cerellio Hieronymo patri et sacerdoti suo, eosque antistes s(upra) s(criptus) deo libens dicavit.* Haec quoque basis sustinuisse videtur signum numinis sive numinum duorum (nam id videtur indicare quod v. 5 scriptum est *eos*) donatum sive dendrophoris (quo ducit locus ex quo statua prodiit) sive alii cuidam collegio. Eas donationes ita factas esse, ut signa donarentur sacerdoti, ab hoc deo dicarentur, ex hac inscriptione discimus.

ADDITAMENTA.

I. COLONIA OSTIA. PORTVS OSTIENSIS (p. 1).

Graecas inscriptiones Ostiae et in Portu repertas nuper collegit Kaibel inscr. Graec. Ital. et Sicil. n. 914—948; unde eis quae de rebus Ostiensibus exposui nova accedunt non multa. Unum memoro, rei publicae Portuensis, quam nullam fuisse dixi p. 6 ante saeculum p. C. IV, apertissimam mentionem extare in hoc epigrammate originis incertae,

sed recte sine dubio a Kaibelio n. 941 inter Portuenses inscriptiones recepto: εἰ δ' ἐπιτολήσει τις τούτω συνθάπτεμεν ἄλλον, δώσει τῷ φίσκῳ τρεῖς δύο χειλιάδας, τόσσας καὶ Πόρτῳ καταθήσεται κτλ. Ceterum ipsum hoc epigramma saeculo IV non est antiquius.

ad p. 2. Inscriptiones Ostienses in suburbano Paccae adservatas nuper, defuncto cardinali Pacca iuniore (eius qui effossiones instituerat fratris filio), heredes eius foras vendiderunt; nunc habet eas vel maiorem partem earum Trau mercator Vindobonensis. Sed antequam Roma exportarentur, apographa earum confici iussit Fiorellius eaque cum Henzeno communicavit; ex his apographis quae nostris copiis accesserunt habes infra n. 4155. 4160 et p. 482 ad n. 4114. — [Nonnullas Romae remansisse et extare apud negotiantem rerum antiquarum *via della Mercede 11* (n. 222. 365. 605. 934. 938. 945. 956. 1405) certior fio a Stevensonio].

ad p. 9. Memorari debuit villa quam aetate Ciceroniana in litore Ostiensi habuit M. Seius aliquis, de qua multus est Varro r. r. libro III (potissimum c. 2, 7 seq. cf. 10, 1).

ad n. 2. Specimen scripturae dedit Huebner exempl. scriptur. epigr. n. 532.

ad n. 16. Vv. 4—8 delineavit Huebner n. 529.

ad n. 20. Vv. 1—6 delineavit Huebner n. 530, qui in v. 5 post EORVM, in v. 6 post ISDI habet puncta a me ommissa.

ad n. 21. V. 2 fin. typographi culpa exciderunt notae numerales. Sic igitur scribenda est inscriptio:

ISIDI · BVBA^{ti}
VENER · ARG · PIS
COR · AVR · P[—]—III
COR · ANAL · ——/V
5 CALTIL · DIODORA
BVBASTIACA
TESTAMENTO
DEDIT

XIV

ad n. 30. Vv. 1—4 delineavit Huebner exempl. scripturae epigraph. n. 322.

ad n. 67. Vv. 1. 4. 5 delineavit Huebner n. 321. — 4 ectypum examinanti rursus magis videtur verum esse DEDICAT; et ita Huebner.

ad n. 72. Falsum exemplum praeter auctores citatos referunt etiam Gervasio *iscr. del mus. Borb. mem. Herc. 8, 128*; Minervini *iscr. mus. Borb. p. 60 n. 80*.

ad n. 83. Vv. 1—4 delineavit Huebner apicibus omnibus omissis.

ad n. 86. Specimen scripturae dedit Huebner n. 319.

ad n. 98. Specimen scripturae (v. 3) dedit Huebner n. 320.

ad n. 113. 120. 121. Scripturae specimina dedit Huebner n. 525—527.

ad n. 119. Diem pridie nonas Apriles, quo haec basis dedicata est, natalem esse ipsius Caracallae observavit Hirschfeld *Wiener Studien f. class. Phil. 1884 p. 120 not.*

ad n. 126. Eodem loco quo nunc est, nempe insertam in exteriori pariete orientem versus in villa d(ominorum) de Sacchettis prope Ostia³ vidit iam Donius *cod. Marucell. A, 188 f. 401*.

ad n. 139. Vv. 1. 2. 7 delineavit Huebner ex scr. epigr. n. 756, qui interpunctiones non foliorum, ut ego, sed crucium (+) forma exhibet.

ad n. 160. Partem delineavit Huebner n. 533.

ad n. 163. Delineavit Huebner n. 916.

ad n. 166. Vv. 1—4 delineavit Huebner n. 535.

ad n. 168. 169. Hirschfeldius (*Wiener Studien 1884 p. 120*) observavit diem III idus Apriles, quo utraque basis a. 195 dedicata est, natalem esse eius qui tunc imperitabat Severi.

ad n. 169. Tubi plumbei huius viri nomine inscripti nuper prodierunt in urbe Roma (*notizie degli scavi 1884 p. 155*). — Partem inscriptionis lateris delineavit Huebner n. 534.

ad n. 171. Vv. 1. 2 delineavit Huebner n. 323.

ad n. 172. Huius basis, cum nuper ex muro theatri Ostiensis, in quem antiquitus coniecta erat, extraheretur, comparuit latus cum hac inscriptione, sic edita a Lancinio *not. 1886 p. 83*, cuius lectionem confirmavit Gattius:

DED · III · NON · FEB
L · EGGIO · MARVILLO · CN · PAPIRIO ^{3 Febr.}₁₈₄
AELIANO · COS ·
LOCVS · ATSIGN · PER · C · NASENN
5 MARCELLVM · CVR · PP · OPER · PVB

Cum de aetate huius Q. Petronii Melioris nihil certi constaret, conieci fuisse eum patrem Q. Petronii Melioris sodalis Augustalis anno 230; sed potest fuisse etiam eius avus. — De C. Nasennio Marcello vide ad n. 4448.

ad n. 175. V. 5 non fuit *consul[is]*, sed potius *[iuris]consul[ti]*.

ad n. 185. Vv. 2—4 delineavit Huebner n. 537.

ad n. 186. V. 2 pro IVLIVS · C scribe C · IVLIVS.

ad n. 245. Partem delineavit Huebner n. 959.

61